Cax. 9 n 2

PETRUS
PACIONUS
DE
LOCATIONE,
ET CONDUCTIONE

1º
15915

PETRI PACIONI J.C. PISTORIENSIS ET IN ALMA URBE ADVOCATI,

DE LOCATIONE, ET CONDUCTIONE TRACTATUS,

IN QVO NON SOLVM AGITVR IN GENERE DE CONTRACTV LOCATIONIS, *& omnibus ad eum pertinentibus, ſed etiam in ſpecie de* LOCATIONE OPERARUM, *ac* SINGULARUM RERUM, *tam Laïcalium, quàm Eccleſiaſticarum*, CASÚSQUE Individui *paſſim inſerantur.*

CVM TRIBVS INDICIBVS, CAPITVLORVM VNO, ARGVMENTORVM, SEV MATERIARUM Altero, VERBORUM & SENTENTIARUM Tertio Locupletiſſimo.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Sumptibus SAMUELIS DE TOURNES.

M. DC. LXXXIX.

INNOCENTIO XI. PONT. OPT. MAX.

PETRUS PACIONUS.

DUÆ potiſſimum cauſæ, BEATISSIME PATER, animum meum ad hoc Opus SANCTITATI TUÆ dicandum impulêre. Prima, quia, cùm illud uti primitias ingenii mei Deo voverim, Tibi quoque uti Summo Sacerdoti, ejúſque in terris Vicario, offerendum putavi. Altera, quia cùm de Contractu Locationis, & Conductionis in eo egerim, qui à Clericis fit, & à Laïcis, ac de Rebus Eccleſiaſticis, & profanis, materiámque tam à Jure Canonico, quàm Civili ſumpſerim, æquum erat SANCTITATI TUÆ, quæ utriuſque fons eſt, eam reddere, ac reſtituere. His alius impulſus quodammodo major acceſſit, quod cum SANCTITAS TUA propter ſuas præclariſſimas virtutes ad Eccleſiæ Catholicæ apicem evecta, omnium oculos, & animos ad ſe converterit, ego, qui illos in Te ſemper hab ui, non

PETRI PACIONI

J. C. PISTORIENSIS

DE LOCATIONE, *ET* CONDUCTIONE TRACTATUS.

Quid ſit Locatio, quotuplex, & quis Locator, vel Conductor dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Definitiones locationis plures dantur.*
2 *Locatio quid ſit.*
3 *Definitio, quæ conſtat ex genere, & differentia, & eſt convertibilis cum ſuo definito eſt bona.*
4 *Definitio omnis in jure periculoſa eſt.*
5 *Locatio eſt contractus bonæ fidei.*
6 *Emphyteuſis eſt contractus ſtricti juris.*
7 *Emphyteuſis ſit vitiata ad tempus.*
8 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica præſumitur temporalis.*
9 *Perſonæ locantur, ut res.*
10 *Locatio eſt conceſſio ad uſum.*
11 *Merces eſt de ſubſtantia locationis.*
12 *Merces in locatione debet eſſe certa.*
13 *Merces in locatione debet eſſe in pecunia numerata.*
14 *Locatio pro uno nummo eſt nulla.*
15 *Decl. hoc non procedere, ſi eo pretio tantum res digna ſit.*
16 *Pecuniæ nomine omnia corpora continentur.*
17 *Secus ſi dictum ſit pecunia numerata.*
18 *Locatio dicitur à verbo locare, quod eſt in loco ponere.*
19 *Conductio dicitur à verbo conducere, quod eſt ſecum ducere.*
20 *Locator quis dicatur, & quis conductor.*
21 *Locatoris, & conductoris nomina non ſunt promiſcuè uſurpanda.*
22 *Locatoris, & conductoris nomina antiquitus accipiebantur promiſcuè cum nominibus emptionis, & venditionis.*
23 *Locator operarum quis dicatur.*
24 *Conductor operarum differt à conductore operis, & quis dicatur.*
25 *Inquilinus quis dicatur.*
26 *Colonus quis dicatur.*
27 *Affittuarius, & affictus quid ſit*
28 *Appaltator quis dicatur.*
29 *Merces locationis correſpondet pretio venditionis.*
30 *Merces quandoque dicitur pretium, & penſio.*
31 *Locationis origo antiquiſſima eſt.*
32 *Pecunia fuit inventa per multos annos poſt jus gentium.*
33 *Jus gentium dicitur quo omnes gentes utuntur.*
34 *Pecunia eſt apud omnes gentes.*
35 *Locatio alia propria, alia impropria, alia impropriiſſima, & earum differentia.*
36 *Locatio alia eſt rerum, alia perſonarum.*
37 *Locatio alia eſt ad tempus, alia perpetua.*
38 *Societates officii continent implicitam locationem, & quomodo.*